



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

ni interrogata, respondit se esse sanctam, quantum homo. Ind respondit D. Martinus: Christianus totus est sanctus. Nam si Peccator à Diabolo auferretur, ubi maneret Christianus? Ideo illa distinctio non valet. Obseruandus igitur est Baptismus firma fide, tunc sanctierimus. Sic David Psalm. 80. se sanctum appellat.

### *cAntipharmacum.*

BAPTISMATE dignè suscepto homines iustos & sanctos effici, in confessu est; at ita iustos & sanctos effici, ut propterea iustitiam & sanctitatem illam deinceps amittere nequeant, si dignam baptismate vitam non instituant; id verò paradoxum est & absolum; ut & illud; Baptizatum, licet multis sceleribus cooperatum, ideo sanctum esse, & sanctum vocari debere, quia aliquando baptismum suscepit; contraria persuasio adeo mortalium pectoribus insculpta est, ut ne duæ quidem Moniales, Borrha, Pellex Lutheri; & Pellex Lauterbachij, que & ipsa Monialis fuerat; se sanctas affirmare ausæ fuerint; tametsi à tam sancto Propheta ad nominis huius honorem sibi vendicandum excitatae; nonnulla enim absurdiora sunt, quam ut in mentem & frontem, quantumuis amentem & effrontem, cadant. Et si Lutheri assertum verum esset; tunc faciendum esset, viso in plateis Lutherano, quod se cum illis facturum scripsit Lutherus in Admonit. ad sumendam Eucharistiam Tom. 5. Ien. qui se omnis labis exsortes pronunciabant. Vnd wo ich wüste / daß dein Ernst were / so wolt ichs wahrlich bestellen / daß man auff allen Gassen / wo du giengest/ alle Glocken leutten müsse/vnd für dir her aufrufen; Nie gehet daher ein newer Heiliger über alle Heiligen / &c.

De